



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XIX. An possibile Deo pluribus existere locis Corpus Christi?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

& istud: i. Cor. ii. *Qui mand. & bibit in- dignè &c. Reus est Corporis & Sanguinis Do- minit. Qui solo corpore accipiunt, ij in- digi: è: at dīgnè percipiunt, qui spiritu & fide sumunt in ore & corde.*

QVÆSTIO XIX.

An possibile DEO, pluribus in locis simul Christi existere Corpus?

XXV. ANTICHRISTIANISMVS.

C ALVINISTAE, cum damnato Wiclefo, ne- gant. Vide in Luthero-cal. p. 3. q. 49. In Genea. p. 3. q. 12.

CHRISTVS. i. Dixi, Mat. 19. *A- pud Deum omnia possibilia sunt. Ita Factis docui, quando eram cum Deo cuncta componens Ego, per quem omnia facta sunt: Et qui voca ea que non sunt, tanquam ea que sunt.*

2. Velint Adynatarij; nil credendum sine Verbo Dei; At Corpus vnum pluribus in locis existere non posse, nusquā scribi curauit, aut docui. Scriptum est, Heb. 6. *Impossibile est metiri Deum.* i. Tim. 2. *Ne jare seipsum non potest. Quia non potest illa Deus, quæ facere, deficit eft.*

3. Docent Adynatarij verè: Vera do-ctrina est, quæ Deum exaltat, hominem deprimit: At asserere istud de meo Corpore, est exaltare Deum.

4. Ea implicant, ut fatentur, quæ cum rei essentia pugnant; at *Essere in loco est rei extrinsecum & accidentarium.* Nam & ultimum cœlum non est in loco. Omitto, quod natura docet.

5. Cūm, Act. 9. & 22. Paulo apparui, in cœlo simul & in aere extiti. Cui & di- xi, Act. 26, *Ad hoc apparui tibi, ut constituam te Ministrum & testem eorum, qua vi-*

*disti. Et ipse inquit: i. Cor. 9. Nonne Do- minū nosterum vidi? i. Cor. 15. Nouissime, tanquam abortiuo, visus est & mihi. Et qui- dem in terra me vidit, non oculis in cœlo existentem intuitus est. Nam Act. 9. Lux circumfulsit eum: at Ego sum lux. Et percutienti, *Quis es Domine?* aiebam, *Ego sum IESVS, quem tu persequeris.**

6. Sic & Petro apparui colloquens ei: Testibus S. Ambr. Egesippo, Athan. Sie deinde pluribus Sanctis in terris vi- sus sum. &c. Simulque in cœlo existebam idem.

QVÆSTIO XX.

An Corpus Christi tantum sit in Eucharistia sine Quanto, & Loco?

XXVI. ANTICHRISTIANISMVS.

C ALVINIANI Veram præsentiam negant Christi, ob quantitatem, quam occupare locum esse necessarium volunt.

CHRISTVS. i. At ego dixi, Matth. 19. Mar. 10. Luc. 18. *Facilius est CAMELO perforamen acus transire; quam diuitem in- trare in regnum calorum.* Attamen, ut hoc apud homines impossibile est; apud Deum omnia possibilia sunt. At non potest Camelus sic transire, nisi non occupando locum: quod cum Deo sit facilis; ergo & pos- sibile est corpus non occupare locum. Iam verò minor est proportio forami- nis acus ad camelum, quam hostiæ ad Corpus Christi: atqui illud possibile est, & *facilius*, quam saluari diuitem: ergo & hoc, Christi Corpus non occupare locum in Euch. est possibilis illo. Esto, sit Camelus animal, siue rudens nauticus; fus deque est ad propositum vtrumque.

K z. De-